



**Ethicæ Doctrinæ Elementa, Et Enarratio Libri quinti  
Ethicorum**

**Melanchthon, Philipp**

**Witebergae, 1583**

**VD16 ZV 20638**

An conductor integrum mercedem debeat, relinquens rem locatam ante  
tempus constitutum?

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56560](#)

mores illatæ in domum obligatæ sunt. Præcio  
ne enim ratio hospitij habenda est, quia domici-  
li communicatio est, rei carissimæ vjum conce-  
nue, ut supra dictum est: Sua cuiq; domus rece-  
pus sit non violandus. Quæ verba ex 7. libro  
Xenophontis in Pædia Cyri à Iurisconsultis  
sumta sunt. Neq; sanctior locus hominibus est  
magistrorum, neq; magis proprius sua cuiq; domo.  
Verba hæc sunt: Οὐ δὲ οἰτιωτερού χώριον τὸν αὐ-  
τοτοιχοῦ, οὐδὲ κατοικηότερού τοι μέτρον οὐδὲν  
τοις ιδίοις.

An conductor integrum mercedem  
debeat, relinquens rem locatam ante  
tempus constitutum?

Familiarissimè nostra sit regula, æ qualitatem  
se fontem iusticie. Quia manifestum est, æ qua  
compensatione seruari homines. Nam si una  
exhaustiretur, perire eam necesse esset. Et

Deus hanc æ qualitatem instituit, inquiens: *Dicitur: 19.*

*Pompeii, sed etiā apud suā obliquā erit in pectori locatoī prius*  
ges proximum sicut teipsum, et agnoscamus et  
sumus æqualem esse, non tyrannum, et velle ho-  
mines et Angelos non esse tyrannos, id est, non  
superbè alios opprimere, imo Angelii Deo placen-  
ti, quanquam eorum natura præstantior est,  
quam humana, tamen infra homines se abieci-  
erit, quia nobis seruunt, nostra corpora, tecta, les-  
simos, focos custodiunt, &c. Magis etiam abiecit

*psal. 117.* **se Filius Dei omnipotens, qui pro nobis moriem sustinuit. Hac cōgruunt cū dicto: Deus qui in ab**

**tis habitat, & humilia respicit in cœlo & in terra.**

**Cum igitur æqualitas in contractibus quendam sit, hic etiam consideretur æqualitas inter mercedem & fructum conducentis. Sitq; hæc prima responsio. Cum conducens relinquit rem locatam sine causa necessaria pertinente ad locatorem, aut rem, debet integrum mercedem, quia simil est defraudanti, qui præbet damnum locatori, cui dominus aut fundus fit in utilis culpa conducentis. l. colonus ff. locati. Cum autem urget necessaria causa ad cedendum, orta à re, vt cum perit dominus incendio, aut cum grassari incipit lues, salendum est pro proportione temporis l. habitatores, ff. locati ubi dicitur. Si causa timoris iusta non fuisset, deberi mercedem. Si autem causa fuissest, cur periculum timeretur, non deberi mercedem, scilicet integrum.**

**Rectèn fecit Nabothe, quod Regi pente-  
tenti, ne vendere quidem vineam voluit, cum Re-  
ges etiam domini dicantur pri-  
uatarum facultatum?**

**Respondeo: Nabothe iure diuino, quod erat ille populo traditum, sineulla dubitatione retinere suam vineam potuit, nec licuit Regi cogere eum, ut vineam venderet. Manifesta confirmatio est.**